iam in desuetudinem abierat coli, et in
ijs ob omni seruili opere cessari, iussi mul-
tatisq; aliquot iam ad pristini sanctæ
Ecclesiæ instituti morem res redijt.
Cum in Cathedrali Ecclia Episcopalis se-
des nullo ornatu, nulla uestæ, nullis
eminẽs gradibus, uetusta, et cariosa
esset, nec satis decorum Epo in ea con-
sidere uideretur, illa amota nouam
sedem ædificari, ternisq; gradibus
ex disciplina imponi, parietem à tergo
serico auleo tegi, supra caput emine-
re tentoriolum, seu baldachinum, se-
dem eodem serico omnem conuestiri,
gradus laneis pannis consterni iussi.
Vario pro Ecclia disciplina colore, or-
natuq;. Atq; hæc nullo Ecclesiæ ipsius
sumptu, sed omnia mea pecunia pa-
raui.
Marmoreum uetusti atq; obsoleti operis
Tabernaculum in quo Sanctissimũ
Sacramentũ asseruatur, e loco parũ
decenti, ubi erat in proprium sacellũ
transtuli, quando in summo altari pro-

pter

pter inhabilem eius molem formamq;
collocari commodè non potuit. In quod
tum demum refertur cum nouũ apti-
ori forma comparandi facultas erit.
Cum pauca antiqui atq; communis operis in
summo altari candelabra essent, ego se-
na Romæ fieri ex auricalco, scapis, basib;
quæ ex recenti usu affabre ædificatis atq;
in eodem Altari collocari, cum cruce
operis eiusdem curaui.
Ad circumferendum sanctmũ Eucharistiæ
Sacramentũ, solemni præsertim die Cor-
poris Christi cum non aliud quam ueteris
item, et obsoleti operis, et iam rubiginẽ
ac uetustatẽ indecorũ tabernaculum in
Ecclia esset, ego nouum argenteum Ro-
mano ritu, rotundo, ac radiato operẽ, quod
argenteo item scapo, ac triangula basi
imponitur in cuius medio orbẽ lunari
lumina illita auro, sacra hostia excipi-
tur, cristallinisq; orbibus concluditur, fa-
bricari Romæ mea item pecunia idq; so-
lemnib; ac celebrioribus diebus adhibe-
ri iussi.